



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio CXIII. Quid prohibet Nonum & Decimum Præceptum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## DOMINICA XLIV.

## QUÆSTIO CXIII.

*Quid prohibet Nonum & Decimum  
Preceptum?*

RESP. Ne vel minima cupiditate a deliberata aut cogitatione b, aduersus yllum Dei præceptum corda nostra vñquam lolicentur: sed vt perpetuò, & ex animo, omne peccatum detestemur c, contraque omniiustitia detestemur d, & eam operemur.

a Rom. 7.7. b Mat. 15.19. c Gal. 5.24. Psal. 119.104. d Rom. 7.22. Mat. 5.48.

## QUÆSTIO CXIV.

*Possuntne autem illi, qui ad Deum conseruentur, hæc præcepta perfectè seruare?*

<sup>† Minime</sup> RESP. † Maxime. Nam quique etiam sanctissimi, quamdiu viuunt, habent non tantum exigua initia huius obedientiæ b, sed quandam quoque perfectionem; si tamen serio ac non simulato studio, non secundum aliquantum, sed secundum omnia Dei præcepta, viuere incipiunt c.

a Eccl. 7.21. Iaco. 3.2. i. 10. 18. b Iob. 9.1. 2. 3. Psal. 19.19. Phil. 3.13. c Psal. 119.60 106.127. 128. Rom. 7.2. Phil. 3.13.

a Eccl. 7.21. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccat.

RESP. Iustus potest alternis facere bonum, ex gratia, & peccatum ex se: non si-

mul; Et eum, qui cecidit, potest restituere Deus. Et cum hisce stat possiblitas obseruandi præcepta cum Deo: non obstante eo, quod subinde violentur. Vnde sequitur

Iacob. 3.2. In multis enim offendimus omnes. 1. Ioh. 1. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

b Iob. 9.1. 2. 3. Vere scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere. vnum per mille.

b RES. Nestricomparatio, respectu Dei nulla est magis, quam finiti ad infinitum. At operum nostrorum, respectu nostri, & pro mensura gratiae: ) est perfectio secundum quid suscipiens magis & minus, ideo recte sequitur

Psal. 18.15. Delicta quæ intelligit? Ab occultis meis mundame. Phil. 3.13. Ego me non arbitror comprehendisse, ad ea qua sunt priora extendens meipsum.

c Psalm. 119. 60. Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

c RESP. Quantum humana fragilitas patitur. Vnde sequitur recte 106. Iuravi & statui, custodire iudicia iustitiae. 122. Ideo dilexi mandata tua super aurum, &c. ad omnia mandata tua dirigebar. Ro. 7.22. Condelector legis Dei secundum interiorem hominem; video autem altam &c. Philip. 3. vers. 13. Ego me non arbitror comprehendisse. &c.

## QUÆSTIO CXV.

*Cur igitur vult Deus legem suam adeo exacte & severè prædicari, cum <sup>\*</sup>nemo pauci <sup>†</sup>sint in hac vita, que am seruare <sup>†</sup>possit?*

RESP..

